

nibus amatori aliquid admisceatur dulce , & quod plagam leniat , si quam facis.

CDLVII. Modo ne fructus pereat reprehensionis , dum rem studies nimium mitigare , neu in adsentationem prolabaris.

CDLVIII. Adsentatio deforme vitium : turpe illi , qui dicit : perniciosum ei , qui audit.

CDLIX. ⁸ Ne putes rem ullam esse ⁹ tanti , ut a recto & vero propter eam sustineas deflectere : non hoc abs te opes , non ullaee necessitudines , non preces , non minae , non mortis metus , & certum periculum extorqueant.

CDLX. Sic tibi & auctoritatem parabis & fidem , ut oracula putentur esse , quaecumque dicas ; aliter despiceris , & indignissimus iudicaberis , qui vel audiare.

CDLXI. Sermone utitor modesto , civili , comi ; non aspero , non rusticano vel imperito , sed nec accurato aut affectato nimis , ne quum loquendum sit , ut intelligamur , sermoni tuo interprete sit opus.

CDLXII. Nec contumeliosum usurpes sermonem aut reprehensorium , aut rigidum , sed neque blandum , aut fractum , aut adulatorium.

CDLXIII. Est quidam mediocre , quod nec suam dignitatem abiicit , nec alienam tollit.

CDLXIV. Laſcivia & spurcicies a sermone exstirpanda , ut a cibis venenum.

CDLXV. Nec celeritatem in loquendo nimiam suscias , ne cogitationem praevertant verba : nec respondeas , ante quam , qua de re agatur , plene intellexeris , & quid ille , cui respondeas , dixerit senseritque.

CDLXVI. Rarissimum debet esse illud Ciceronis : *Quid quid in buccam* , & merito soli Tito Attico dictum , ac nescio an usquam admittendum , quum inter amicos ca-

⁸ Nec.
⁹ tantam.

I. O. Tito.

vendum sit , ne quid temere dicamus , quod amicitiam dirimat aut offendat.

CDLXVII. Quam turpe illud & pericolosum : *lingua quo vadis?*

CDLXVIII. Christus dominus noster sciens ex loquacitate plurima oriri mala , & illa ⁴ potissimum quae pugnant cum praecipuo capite legis suae , rixas , discordias ; similitates :

CDLXIX. Ad circumspectionem loquendi interminatus est , de omni verbo otioso , quod homines fuerint loqui , reddituros eos rationem in disquisitione illa mundi.

CDLXX. Iccireo psalmista inquit : *Pone custodiam oris meo* , & ostium circumstantiae labii meis.

CDLXXI. Ne sis in sermone immodicus , ac ne multis quidem , neve audiri velis solus : est enim in loquendo vicissitudo , etiam si cum imperitissimis agas aut viliissimis ; sed nec adeo rarus aut tardus , ut ipse te auscultare existimeris , idque facere , quod singula tua verba singulari tibi rosae ⁶ esse videantur.

CDXXII. Inter prudentes praeferat audire , quam loqui ; sed est locus , ubi tacere tam est vitium , quam loqui , quando non oportet.

CDXXIII. Nulla voluptas ⁷ est adeo suavis , quae comparari queat colloquio prudentis hominis ac diserti.

CDLXXIV. Ne sis ⁸ nimis percontator : est enim molestum ⁹ atque odiosum.

CDLXXV. Noris & illud Horatii : *Percontatorem fugito , nam garrulus idem est.*

CDLXXVI. In commentando ne sis contentiosus aut illius , ut impeditus , iniquus , monitionis , meritorum , et

² O. temere.

⁷ est tanta , quae.

³ laedat.

⁸ nimius.

⁴ in primis.

⁹ &.

⁵ O. praecipuo.

¹⁰ madecuit &

⁶ O. esse.

¹¹ differendo.

aut pertinax: si verum audias, hoc protinus silentio reverere, illique tamquam divinae rei adsurgito.

CDLXXVII. Si non audias, nihilominus tribue hoc vel amico, vel modestiae tuae, praesertim ubi nullum neque probi mores detrimentum accipiunt, neque pietas.

CDLXXVIII. Supervacanea est contentio, si non adsit proficiendi spes. Adrogantiam, aut iactantiam, aut ² superbiam & fastidiosam auctoritatem non ferunt homines, ne in maximis quidem viris & omnem laudem meritis.

CDLXXIX. Ne verbis, quod scis, ostentes, sed rebus te ostende scire.

CDLXXX. Nec quidquid est iucundum tibi dicenti, idem credideris esse aliis audientibus.

CDXXXI. Cave, ne quid facias, quod, securus ³ aut extra periculum non sis, nisi celetur: sed si fecisse contingat, nemini ⁴ aperueris. Quod taceri vis, prior ipse taceas; si detecturus es, vide etiam atque etiam cui.

CDLXXXII. Arcanum quid aut celandum maxime, amico quum committis, cave ne iocum admisceas, ne ille iocum ut referat, occultum ⁵ enuntiet.

CDLXXXIII. Tibi vero arcum creditum accuratis & fidelius custodi, quam depositam pecuniam.

CDLXXXIV. Nihil erit in humana vita tutum, si tollatur secretorum fides.

CDLXXXV. Si quid promiseris, praesta, etiam si res sit ⁶ vehementer ardua & difficilis, saltim ut obligatam alteri tuam fidem solvas.

CDLXXXVI. Si quid tibi sit promissum, ne exigas, acrior semper in te iudex, quam in alios.

CDLXXXVII. Existimare decet te, homines habere sensum, rationem, mentem, iudicium, ne speres illis pos-

² superbam.

³ O. aut extra periculum.

⁴ detexeris.

⁵ detegat.

⁶ ardua in primis & diffic.

posse persuadere malefacta esse benefacta, aut contra; nec falli posse rebus simulatis, tectis, fucatis, adumbraatis, quae tandem produnt se, & fiant tanto foediores ac invisiiores, quanto prius occultiores fuerint.

CDLXXXVIII. Infestis enim animis ⁷ ea accipimus, a quibus sumus decepti.

CDLXXXIX. Ideo consultius est omnia esse ⁸ operta, nuda, simplicia.

CDXC. Nam etsi aliquando veritas initio odiosa sit, deinceps tamen nihil est ea amabilius aut gratius.

CDXCI. Laborat aliquando veritas, numquam opprimitur.

CDXCII. Nec mendacii utilitas solida est ac diuturna, nec veritatis damnum diu nocet.

CDXCIII. A mendacio tamquam corruptela quadam abhorreto: nihil est enim humanae conditioni abiectius, ut quod illam procul a Deo separat, diabolo similem ac mancipium faciat.

CDXCIV. Deinde ² sive tarde, sive celeriter, mendacium ³ tandem deprehenditur, vertiturque mentienti in turpem ignominiam.

CDXCV. Quid despiciens aut vilius mendace? Si mendacem te norint, nemo ⁴ credit tibi, etiam adseveranti verissima.

CDXCVI. Contra, si veracem, maiorem habebit fidem nutus tuus, quam aliorum sanctissimum iuriandum.

CDXCVII. Si non vis loqui repugnantia, si vis inesse verbis tuis constantiam, nihil opus est memoria aut arte alia, quam ut dicas semper, quod credis verum esse.

CDXCVIII. Verum vero consentiens: falsum, nec vero nec falso.

Yea certe, etiam si quis de peccato ciborum
accip. ca. ² seu tarde, seu cel.
8. O. a. ³ O. tandem.
9. aperta. ⁴ crederet.
10. O. ea. ⁵ etiam si adfimes verit.

CDXCIX. Sed si vis in opinione tua verum inesse, ne facile credas nisi comperta, vel magnam veri faciem praferentia.

D. Neu sis suspicax: unde illud sapienter dictum: *sisis esse verax, suspicax non eris.*

DI. Miserum illum, qui id egit, unde extricare se non potest, nisi per mendacium.

DE IURE IVRANDO.

DII. *Vrare ne consuecas, sapiens enim ait: Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non redet a domo eius plaga.*

DIII. Et dominus in evangeliō suo vetat nos penitus iurare: tantum adfirmare *Ita est*, aut negare *Non est*.

DIV. Magna est Dei reverentia, non illum passim aut facile testem adducere: non debet hoc nisi ab invito & coacto fieri.

DV. Qui facile in seruis iurat, in iocis iurabit; qui in iocis, & in mendacio.

DVI. Si qui tibi credituri sunt, aequi iniurato credent ut iurato: ⁷ non credituri, magis etiam iure iurando avertentur.

QVOMODO HOMINIBVS VTENDVM.

DVII. *N*ter homines est aliquod faciendum discriminatione. *A*men. Sunt enim ex eis alii domestici, alii noti tantum, alii ignoti.

DVIII. Domesticos voco consanguineos, adfines, & quibuscum in eadem domo & familia degis.

DIX. Omnes sunt diligendi: etiam in ignotos talem te ostendes, ut sentiant te in universum toti generi humano amicum esse, omnibusque bene cupere.

Non

⁶ non hoc debet.

7 A. si.

DX. Non tamen te eumdem praefstabis omnibus, ut lineam albam in albo faxo: alios adhibebis consiliis: aliis parebis & obsequere: alios revereberis ac coles: ahiis gratiam referes, si quod ab eis beneficium tuleris, & iis potissimum, quorum opera usus es utili tibi, aut diligenti aut fidi.

DXI. In quo animus pro opere computandus est: ⁸ ut non multo peiore loco videatur esse, qui conatus est, ⁹ qui voluit prodesse, quam qui profuit.

DXII. Operam si accepisti, ne sis minus de reddendo & compensando sollicitus, quam si pecunias mutuas.

DXIII. Nec putes minus esse operam dedisse, dum taxat honestam & a sincero profectam animo, quam pecuniam; quin hoc maius, quo cuique corpus, quam externa carius, esse par est.

DXIV. Ne expectes dum necessitates ad te suas familiaris deferat; tu illas odorare, & eis ultro subvenias, honestis precibus occurre, & ante quam oreris, exorare.

DXV. Parentes non amabis solum; sed secundum Deum unice venerabere: illorum iussis tamquam divinis imperiis obtemperabis.

DXVI. Persuasus, id quod res habet, illos vicem tibi referre in terris Dei, nec te vel cariorem cuiquam esse, vel maiori curae.

DXVII. His proximi sunt praeceptores, paedonomi, tutores, denique quibus commendata est morum tuorum cura, ² queis nihil est in homine pretiosius aut praefabilis.

DXVIII. Istos velut alteros parentes amā & revere: his modeste, immo cum alacritate quadam pare, reputans, quaecumque praecipiunt, non ad sua illos referre commoda, sed ad tua. Quod quum ita sit, pessi-

⁸ in lectione ab aliis scriptis corrumptum.

⁹ non in multo.

¹ debet esse.

² qui.

quis nihil.

mam tu illis gratiam redderes, si ubi ipsi commodis tuis intentissimi sunt, tu eis odium aut contumaciam pro tali beneficio reponeres.

DIXIX. Crede te illi esse carum, a quo amice reprehenderis.

DXXX. Nec umquam reprehensionem obesse, vel inimici: nam si vera obiicit, ostendit quod emendemus; si falsa, quod vitemus: ita semper illa meliores reddit, vel saltim cautores.

DXXI. Quos familiares tibi facturus es, explora prius, quibus sint moribus, & quemadmodum se cum aliis amicis gesserint, ne te postea necessitudinis poeniteat.

DXXII. Ne familiaris illi sis, cuius familiaritatem bonos vides aversari.

DXXIII. Eos etiam vita, qui non te amabunt, sed tua, quales sunt parasiti, & quorum consuetudine ac tamquam adfrictu, vel peior fies, vel labem aut periculum contrahes.

DXXIV. Illos quoque qui amicis felicioribus invident: **DXXV.** Tum qui iocorum studiosi, nihil pensi habent in vitam, & maxime arcana amicorum ludere, aut dicta dicere, aut innata loquacitate & magnopere reticenda effutire:

DXXVI. Sed illos potissimum, qui ob levem rixulam gravissimas inimicitias cum carissimis suscipiunt, acriusque in eos ulciscuntur, quos aliquando amarunt, quam quos semper odere, barbarica quadam persuasione, minus ferendam esse iniuriam, quae sit ab amico, quam quae ab inimico: in quo se ostendunt numquam amasse, alioqui non putarent se tam cito laesos: eiusmodi praestat inimicos, aut certe ignotos habere, quam amicos.

DXXVII. Esto in admittendis ad familiaritatem cunctantior: in retinendis semel admissis constantior.

; O. saltim,

reticenda cum primis effutum;

Fa-

DXXVIII. Familiares elige, non placituros tantum, sed & profuturos: non eos, qui omnia loquentur ad gratiam, sed qui ad commodum; nec qui suaviter & vafrre adsentabuntur, sed qui vere & simpliciter admonebunt.

DXXIX. Si consueveris adsentatoribus delectari, numquam verum audies.

DXXX. Ex bestiis exitiabiles maxime inter feras invidia, inter mansuetas adulatio.

DXXXI. Quam amanda sapientia & virtus, tam execranda adsentatio, quae impedit, ne illuc perveniamus, dum suadet iam pervenisse: tam diligenda recta admonitio, quae illuc provehit, dum quantum superfit, & quemadmodum conficiendum sit, docet.

DXXXII. Si reprehendi fers aegre, reprehendenda ne feceris.

DXXXIII. Miserum illum, qui admonitorem, quum eget, non habet.

DXXXIV. Malorum hominum consuetudinem non secus atque ictos peste, devita, utrumque enim metuendum contagium.

DXXXV. Nisi talis sis, qui confidas te posse illos meliores reddere.

DXXXVI. Sed huic fiduciae non est nimis fidendum, praesertim quoniam natura nostra in malum fertur prona: ad virtutem autem acclivis est atque ardua semita.

DXXXVII. Explora & ipse, qui sis, quo loco, qua conditione, ne res ulla tantos tibi spiritus subdat, ut censeas debere plus tibi, quam ceteris licere.

DXXXVIII. Quo tibi plus, concedente more, licet, hoc minus, retrahente moderatione, libeat.

; O. & vafrre,
O. & simpliciter.

nec putas rem ullam esse tantam, ob
quam tibi plus, quam ceteris licet.

DXXXIX. In minores praebet te comem, in maiores reverentem, in pares facilem ac tractabilem.

⁸ Sic ut ⁹ vitio sis semper durus, rigidus, inexorabilis.

DXL. A potentioribus contemni te, ne inique accipias, potiusque id crede fortunae vitio accidere, quam hominis.

DXLI. Si quid a minore profiscatur, quod tibi parum placeat, cogita non id protinus contumeliam esse, sed libertatem.

DXLII. Te etiam nimis esse delicatum, cui leves titillationes grandes videantur esse plagae.

DXLIII. Nec oportet existimes te solum esse hominem, reliquos pecudes, quibus nec mutire liceat. homo es: vive aequo cum reliquis hominibus iure.

DXLIV. Immo vero si sapientior es, si melior: hoc indulge, hoc concede magis de iure tuo ceteris, tamquam imperitioribus aut imbecillioribus: tibi vero minus velis ignosci, cui tantum robur sapientia & virtus attulerint.

DXLV. Si virtute non excellis, cur postulas videri aliis potior? si excellis, cur adfectibus moderandis non plus quam vulgus praestas?

DXLVI. Injuriam accipere, quam facere, decipi, quam decipere satius ac felicius, quod nec humana ignoravit sapientia, ut Socrates, Plato, Xenophon, Aristoteles, Cicero, Seneca.

DXLVII. Memineris humanae imbecillitatis esse falli, errare, ne te graviter aliorum delicta offendant, praesertim adversum te.

DXLVIII. Ignoscere generosi pectoris, iram retinere atrocis, saevi, degeneris, ³ abiecti & vilis: quod & natura in mutis animantibus ostendit.

Quum-

⁸ Hic s. omissus est in versione Hispana.
⁹ vitiis.

¹ attulere.
² O. te.
³ O. abiecti.

DXLIX. Quimque Deus nihil vel crebrius faciat, vel libentius quam ignoscere, quis est tam demens, qui negare possit illud esse pulcherrimum atque excellentissimum, quo tam prope ad naturam illam accedimus summi & praepotentis Dei?

DL. Eris in homines talis, qualem cupis Christum erga te. Et est profecto aequum, ut eam tu des hominibus veniam, qua in eisdem delictis aut aliis non paulo levioribus ipse eges.

DLI. Nulla oratio ⁴ gravior aut efficacior apud Deum quia, quam edocti sumus ab ejus filio Christo domino: ua ex circa dominica ⁵ appellatur.

DLII. At illam non potes vere ac puro animo dicere, nisi toto pectore homini condonaris, quidquid ipse condonari tibi a Deo petis.

DLIII. Hac lege remittitur nobis ingens debitum, si nos exiguum remittamus.

DLIV. Quidquid umquam homo in hominem peccavit, minutissima pars est eius, quod quivis hominum singulis momentis in Deum peccat: nimirum tantum, quanto maior & ⁶ excellentior est homine Deus.

DLV. Si cui es iratus, fac iuxta monitum apostoli: ne sol occidat super iram tuam.

DLVI. Concessurus cubitum, omnes ex animo rixas, iras, offensiones, cupiditates, sollicitudines depone, ut composito & tranquillo animo ⁸ placidissime te quieti tradas.

DLXVII. Cui semel ignoveris, cura, ut ille sentiat optimam id fide esse actum, ut nec ipse iniuriarum memineris, & experiatur te amicum, si qua in re iuvare aut commodare illi potes.

DLXVIII. Adfectus iniuria, cave, ne ultionem tuis ma-

⁴ praestantior.

⁵ nominatus.

⁶ excelsior.

⁷ nec.

⁸ placidissimae.

⁹ bona fide id.

nibus de quoquam sumas, ¹ ne eam ulli mortalium mandes. non est tibi ius in servum alienum, immo in conservum tuum: domino tuo iniuriam facis, si non illi cognitionem relinquis de conservo tuo.

DLIX. Atqui Deus est omnium dominus, universi sumus eius servi: sit satis te questum; ac ne queraris quidem, oculus domini singula intuetur, & iuxta sacram verbum, ipse novit & facientem iniuriam ac patientem.

DLX. Iccirco sic ipse omnibus edicit: *Mihi vindictam, & ego retribuam.*

DLXI. Nam quum in animo sit iniuria, non in facto, solus Deus scit, qui fuerit animus, & quod ei debetur supplicium.

DLXII. Plerumque putamus eam esse iniuriam, quae non est, ut sunt nobis affectus nostri nimis cari, qui non sinunt nos singula rite examinare, sed ad iudicandum transversos vi sua rapiunt.

QVOMODO SE QVISQUE GERET ERGA SEIPSVM,

DLXIII. **C**onvenit te non carum modo esse tibi ipsi, sed etiam praebere venerabilem, ut pudeat te ² tuimetipsius aliquid facturi vel inepte, vel imprudenter, vel impudenter, foede, flagitiose, sclerate, nefarie, impie.

DLXIV. Pluris facias, conscientiae tuae iudicium, quam voces omnes ingentis multitudinis, quae imperita & stulta est; ignota temere ut probat, sic & damnat.

DLXV. Conscientia est, quae turbata maximos adfert animo cruciatus, tranquilla maximam beatitudinem, cui nullae opes, nulla possunt regna comparari.

Hoc

¹ nec.

² tuimet.

¹ iud. conscient. tuae.

DLXVI. Hoc est quod dominus in evangelio pollicetur suis, multo plura etiam in hac vita recepturos eos, quam quae pro se repudiarint.

DLXVII. Fama nec profutura malo, nec laesura bonum.

DLXVIII. Mortuus quid plus referes de fama, quam pictura Apellis laudata, aut equus in Olympia victor? Nec vivo quidem prodest, si eam ignorat: si novit, nihil adfert aliud, nisi ut sapiens contemnat, insipiens sib*i* magis placeat.

DLXIX. Conscientia verum, & solidum & duraturum reddit testimonium, plurimum in illo Dei iudicio valitum; vitaeque huius magna est magistra, ⁴ si non & penitus corrumpendam affectibus permisit.

CLXX. ⁵ Quin est etiam, quemadmodum scite ille dixit, ⁶ murus abeneus, quo & ⁷ muniti agimus inter innumerā vitae pericula, & securi: nec ullus est tantus terror, ⁸ qui muro hoc septum commoveat: est enim mente defixus Deo, illique fudit uni, ac ei se novit peculiari esse curae, cui scit parere universa.

DLXXI. Turpe est aliis notum esse, ignotum sibi.

DLXXII. An non tibi sufficit, te & tibi notum esse, & quod maximum est, Deo? ⁹ Insane, an resertius theatra quae?

DLXXIII. Qui tamen existimationis curam abiciunt, ut audacius & ¹⁰ projectius peccant, ii dupliciter sunt mali, quod nec homines ¹¹ verentur, nec Deum.

DLXXIV. Et in conscientiam iniurii sunt, quam detinent ac deludunt, tamquam ob id spreverint famam, ut se conscientiae suae liberius vindicarent, quae hac de causa effusius delinquit, quod iam nullo metu coercetur.

⁴ O. si non se penitus cet.

⁵ Et quemadmodum scite.

⁶ Horat. lib. 1. Ep. 1.

⁷ tui.

⁸ qui cum commovet.

⁹ Cetera ad fin. 6. O.

¹⁰ nominis.

¹¹ securius.

¹² reverentur.